Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Kyrie eleyson.
Xpe eleyson
Kyrie eleyson.
Kyrie eleyson.

Gloria In excelsis deo. Et in terra pax hominibus bone voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te. Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine deus rex celestis deus pater omnipotens. Domine fili unigenite iesu xpe. Domine deus agnus dei filius patris. Qui tollis peccata mundi miserere nobis. Qui tollis peccata mundi suscipe deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram patris. miserere nobis. Quoniam tu solus sanctus. Tu solus dominus. Tu solus altissimus iesu xpe. Cum sancto spiritu in gloria dei patris. Amen.

Regina celorum gaude. Inclita celesti laude. Gaude gemma fulgida. gaude celi ianua lucens ut lilia floriens ut rosa. Celi porta lucida. sola tu salus unica. o mundi domina tu nos salua. Opia maria tota plena es gratia. fer opem egros sanando daq medelam culpas indulgendo. Virgo benigna dei mater es digna. Per hec [illegible] tua sollempnia gaudia nobis dona perennia. Gaudet celi curia simul exultat nunc aula qua potentissima regnas maria. Ad te corda eleua nostra iam tibi deuota leticia psiui fac supernia.